



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae  
Therinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1419**

XXIV, Alberto Fabro Iurisc.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12434**

*Vt viuas bend, præmiū bonorum:  
Neu pecces, metus hoc facit malorum.  
Virtus ipsa sui decoris index,  
Vtrumque hoc gremio tenet beato.*

XXIII.

Ad Andream Fuchsiū à Bie-  
bach, Legatum Palatinum Neobur-  
giū Præsidem Graisbachium, & Præfe-  
ctum Monhamium.

*Qui vult esse bonus venator, is otia vitet  
Mollia, luxuriæ concomitata malo.  
Sit vigil, atque laboris amans, parcusque quærit  
Ac somni: patiens sit famis, atque siti.  
Sit patiens æstus, & frigoris: vtile bello,  
A teneris æstum posse, geluque pati.  
Ille etiam primis jaculari discat ab annis  
Fortis: & assiduo subdere calcar equo:  
Atque huc, atque illuc duros versare lacertos:  
Multa ferat, faciat multa subinde puer.  
Multum vsus, artesque valent: labor omnia vincit  
Improbis, & vires corpus habere facit.  
Si sit opus cæco, vel aperto vnicere Marte:  
Sic melius, diuini numine, victor abit:*

XXIV,

Alberto Fabro Iurisc.

Ceu flamma: sic tu, FABER, utere principis aulis  
Si procul est, friges: sin propè flamma, cales.

XXV.

Ad Ioannem Sambucum

Cæs. Conf.

Si sit luxuriosus egens: si diues auarus:

Iniustusne potens sit: petulansne senex:

Quatuor hæc, anima est quorum SAMBVCE

(superba,

Sunt inuisa homini, sunt odiosa DEO.

XXVI.

Ad D. Philippum Edouardū

Fuggerum, Baronem Kirchbergæ,

& VVeiffhornæ.

Quò maior, et quò Phæbus est illustrior,

Cæli tot inter sidera:

Hoc melior, hoc luce efficacior sua,

Quod viuit, omne recreat.

Sic tu PHILIPPE, quò vel es peritior,

Vel maior, aut illustrior:

Hoc melior, hoc mihi sis indulgentior,

Et gratia profusior.

Sic omne magnum fit bonum: sic est bonum

Communicans semper sui,

At quid rependam gratiæ, quæris? nihil

Quod nunc rependam gratiæ,

Scio